

cathedra pontificali sub Ludowico II. et Lothario secundo fratribus imperatoribus Romanis. Cuius quidem Guntharii sororem dictus Lotharius habuit concubinam nomine Waltradam. Cum igitur idem Lotharius imperator voluisset dimittere uxorem legitimam nomine Thebergham et eidem superducere in matrimonium Waltradam concubinam supradictam, falso composuit contra dictam uxorem, inponens eidem crimen incestus, et sententia huiusmodi fuit per dictum Guntharium fratrem Waltrade nec non Therigaldum archiepiscopum Treverensem synodali auctoritate confirmata. Causa autem huiusmodi ad audientiam domini pape videlicet Nicolai primi delata est et falsitate comperta depositi fuerunt ambo Coloniensis et Treverensis archiepiscopi memorati per Nicolaum papam supradictum. Cuius quidem depositionis sententia ponitur in decretis XI. q. III.

imperatoribus. Cuius Guntharii dum Lotharius predictus habens sororem concubinam nomine Waltradam volensque uxorem legitimam nomine Thebergam dimittere et eidem in matrimonio superducere prefatam Waltradam et ad inductionem dicti Guntharii falso fuisset contra dictam Thebergam compositum crimen incestus et hoc per eundem Guntharium et Theugaldum Treverensem archiepiscopum fuisset synodiaca sententia confirmatum, dicti ambo archiepiscopi per Nicolaum I. papam fuerunt depositi. De qua depositione habetur in decretis... contra Theugaldum etc.¹⁾.

bus imperatoribus. Hic Gunterus ab Nicolao papa excommunicatus est ob hanc causam. Loduwicus imperator filius Karoli tercii habuit filium nomine Lotharium, cui Ytalie regnum commisit. Qui Lotharius divino amore succensus regnum reliquit filio suo Lothario et Prume monachum se fecit. Iste Lotharius habuit concubinam nomine Waltradam predicti Gunteri Coloniensis episcopi sororem, quam instinctu prefati episcopi legitime uxori sue Aberge(!) superduxit. Ob quam causam idem Guntherus episcopus a papa excommunicatus est. Unde post interdictum episcopale officium penitencia ductus Romam veniens minime reconciliari(!) valuit. Qui dum contumax apud Sanctum divinum officium usurparet, fertur ab angelo Domini sacris vestibus exutus ante altare Domini esse occisus²⁾ et ad inductionem dicti Guntheri falso fuisset contra dictam Thebergam

1) Am Rande steht 'Hic — occisus', wie oben in T, aus Catalogus I (Mon. Germ. Scriptores XXIV, 338) genommen. 2) Ueber die Stelle von 'Hic' bis hier s. die vorige Anmerkung.